



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt IX. S. Pavli Collegivm Lvgdvnense in Gallia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

## CAPUT IX.

S. PAULI COLLEGIVM LVGDV-  
nense in Gallia.

**S**acerdos Episcopus Lugdunensis sedit  
ab anno circiter 546. usque ad annum  
553. ut tradit Iacobus Seuertius in Chronolo-  
gia historica Archiepiscoporum Lugdunensi-  
um. Idem Collegiatam Ecclesiam S. Pauli  
construxit.

Quod ad Sedem Episcopalem Lugdunen-  
sem attinet, fuit ea olim in Basilica Sanctorū  
Apostolorum Petri & Pauli, quæ hodie S.  
Nicetij dicitur, ut Pacadiuus tradit aut veri-  
ùs in Ecclesia S. Iusti. Ea sedes postea transla-  
ta est ad Basilicam S. Stephani, quam S. Albi-  
nus Episcopus Lugdunensis (ad XVII. Kal.  
Octobris martyrologio Romano adscriptus)  
construxit, indeque ad amplissimum S. Ioan-  
nis templum. Quod verò admirandum est cā-  
tant hodie Canonici in tribus Basilicis Lug-  
dunensibus, nimirum S. Ioannis, S. Stephani, &  
S. Crucis sub eodem Campanæ signo. Canoni-  
ci porrò Metropolitani Lugdunenses gaudēt  
hodieque singuli titulo Comitis. Qua de re  
vide Seuertium ad annum Christi 1173.

Sic & Canonici S. Iuliani de Brioude in Ar-  
uernia, omnes genere nobiles, dicuntur quoq;  
Comites, & subsunt immediatè Romano  
Pontifici.